

1351

BÉAT COMTE à Rodolphe Gualther, à Zurich.

De Lausanne, 7 mai 1544.

Inédite. Autogr. Coll. Hottinger. Bibl. de Zurich.

Etsi obfirmaram animum meum, nihil posthac ad te scribere, quòd nihil jam ad binas ternasve meas literas respondisses, tamen victus suavitate novissimarum tuarum literarum, propositum mutavi. Ac jam rescribo : primùm, magnam capere me voluptatem, quòd intelligam *te in id incumbere, ut Zuinglii, doctissimi et sanctissimi viri, opera typis excussa in manus veniant hominum*¹. Rem facis quidem arduam, set te, hoc est, pastore Evangelico dignam, et ecclesiæ Christi oppidò quàm utilem. Proinde te iterum atque iterum vehementer hortor, ut rem tam honestam, tam piis omnibus gratam futuram, constanter peragas, neque te à cœpto revocet quorundam nimis importuna morositas. Deinde, *adcepisse me inter meos domesticos juvenem illum Tigurinum quem mihi literis commendasti*² : quem, quia video abs te diligi, paterno planè complectar adfectu, omnemque dabo operam, ut cum pietate et numinis reverentia, meliorum et suaviorum literarum cognitionem ampliorem jungat. Vale et primo quoque die prolixiorem epistolam à me expecta. Laus.[annæ] nonis Maiis 1544.

Replica brevis... adversus prolixam Responzionem Henrici Bullingeri, De scripturæ et ecclesiæ autoritate. Ingolstadii, 1544, in-4°, ouvrage dédié aux magistrats de Lucerne. — Brevis *Ἀντιβολή*, sive responsio secunda, ad maledicam Jo. Cochlæi... replicam, unà cum expositione de S. Christi catholica ecclesia. Tiguri, 1544, in-4°. (Gesneri Biblioth. univ. 1545, f. 407-408. Cf. sur un 3^{me} ouvrage de Cochlæus contre Bullinger, Arnold Kuczynski. Flugschriften Luthers u. seiner Zeitgenossen. Leipzig, 1870, p. 43.)

¹ Les *Zuinglii opera*, publiés par son gendre *Rodolphe Gualther*, parurent à Zurich chez Froshover en 1544 et 1545. Ils se composent de 4 vol. in-folio.

² Cf. le N° 1350, note 2.

Salutabis meo nomine DD. *H. Bullingerum, Bibliandrum, Pellicanum, Megandrum, Fabritium, Gwestuerum*³ ac reliquos symistas et fratres tuos. Nostri omnes te salvum esse cupiunt.

Tuus ex tuo vetere jure⁴

B. COMES Donzarensis.

(*Inscriptio* :) Et pio et docto viro D. Rod. Galthero, insigni Theologo, fratri et amico longè mihi suavissimo. Tiguri.

1552

JEAN CALVIN aux Pasteurs de Montbéliard.

De Genève, 8 mai 1544.

Calvini Epp. et Resp. 1576, p. 423. Cal. Opp. XI. 705.

Literæ vestræ, ut par erat, gravem acerbumque dolorem nobis attulerunt : quòd ex illis intelleximus, *novas subinde molestias vobis exhiberi*, eorum hominum importunitate qui tantùm ad turbandam Ecclesiam nati videntur. Verùm sic statuite cum animis vestris, cum aliud propositum ipsi habeant, et alio consilio à sathana excitentur, servire tamen Domino, ut per eos exerceamur. Quantùm hætenus potui æstimare ex re ipsa, *sicut ex Ecclesia Witembergensi fluxit hac nostra ætate Evangelium*¹, ita multi illinc emergunt non dissimiles iis, qui Hierosolyma olim profecti, quocunque venerant, negotium fucescebant veris Christi servis, et tumultuandi occasionem captabant. Hoc facit *ζηλῶν* : dum præpostera affectatione quarunt in quo similes haberi possint magnis viris, ut sibi quoque magnitudinem aliquam concilient. Verùm hoc tantùm consequuntur, ut sicuti sunt, ita appareant *meræ simiæ*. Hoc ideo dico, ne ab *Ecclesia Witebergensi* cujusquam animus alienetur. Nam sicuti olim Petro, Jacobo, aliisque Apostolis, aut nesciis, aut repugnantibus,

³ Ce nom inexactement écrit est celui de *Conrad Gesner*.

⁴ *R. Gualther* avait été pensionnaire chez *Béat Comte* en 1539 (V, 365).

¹ *Calvin* ne croyait donc pas que le signal de la Réformation fût parti de la France. Ce passage a échappé aux auteurs qui ont agité la question.

cursitabant inquieti illi spiritus ad impediendum inter gentes Evangelii cursum, ita certò ausim asserere, *Luthero non minùs quàm nobis displicere ineptos istos Thrasones qui, Witebergensis Ecclesie prætextu, ad res bene constitutas ex statu suo commoendas abutuntur.* Nam quid habet causæ iste vester², ut rebus apud vos compositis ac pacatis certamen moveat? *Litigat de frivolis nescio quibus ac nihili ceremoniis.* Hoc tametsi jam est iniquum et alienum a Christiano spiritu, tamen utcunque esset tolerabile, verùm ulteriùs progreditur. Nam *adigere vos conatur ad res prorsùs vitiosas.* Hic vobis fortiter resistendum est. Obtendat quantum volet magnorum virorum nomina. Scitote eum fucum facere. Nam ea prudentia et gravitate præditus est *Lutherus*, eo ingenii acumine, eo judicio eaque moderatione præditum novi *Snephium*³, ut non dubitem manum vobis libenter porrecturos, ubi rem bene ac penitùs cognitam habuerint : primùm tamen de rebus ipsis iterum dicam quod videbitur. Nam semel jam vobis mentem meam exposui⁴.

Infantes à mulieribus baptizari, ex pessimo errore natum est, quòd de eorum salute actum putabant, si defuisset baptismus. Itaque in scholis definierunt, de necessitate salutis esse hoc sacramentum. Atqui nos eorum salutem scimus consistere in fœdere Domini, quo recipiuntur et cooptantur in societatem populi ejus. Hoc quidem fœdus obsignari baptismo fatemur, sed ita ut per se satis firmitudinis habeat, etiam si non accedat signum. Gravem ergo injuriam faciunt promissioni Dei, qui infantibus non tinctis claudunt ejus regnum, quos ipse suos esse pronuntiavit, antequam nascerentur. Et certè qui hac superstitione tenentur, magicam incantationem faciunt ex baptismo. Verùm Christus, inquit, renascentiam ex spiritu et aqua postulat. Ex simili ignorantia emersit hæc interpretatio. Quidam ex veteribus nomine aquæ mortificationem intelligunt. Alii volunt esse metaphoram. Ego simpliciter aquam et spiritum pro eodem accipio hoc sensu, renasci nos oportere ex spiritu, qui aquæ officio fungitur in nobis abluendis, sicut alibi ex spiritu

² Le théologien *Jean Engelmann*.

³ Voyez, sur *Erhard Schnepf*, les tomes IV, p. 113, note 4 ; VIII, 408, 463, et la lettre que lui adressa Calvin le 10 octobre 1544.

⁴ Allusion à la lettre qu'il leur avait écrite le 7 octobre 1543, p. 63-66.

sancto et igni. Cæterùm ut demus fieri eo loco baptismi mentionem, an ideo tamen salutem alligabunt aquæ? Cum satis constet, nondum ita usitatum tunc fuisse baptismum, quin multi, aut sancti, aut sanctorum filii, absque eo migrarent. Et qui fuerunt ex Papistis deterrimi, hanc necessitatem Martyribus remiserunt : cum Baptismum sanguinis, aquæ vice substituerunt. Hæc porrò sana est doctrina : gratuita Dei acceptione in fœdus salutis receptos esse fidelium liberos : idque Deum nobis testatum fecisse hac promissione : Ego sum Deus seminis tui. In hac ergo promissione acquiescendum nobis est. Hujus quidem promissionis sigillum est Baptismus : sed ita ut illa per se sufficiat, si contigerit huic accessioni non dari tempus et locum. Sed hoc quoque simul observandum est, mandatam esse baptismum Ecclesiæ : ejusque administrationem alligatam esse verbi ministerio : ita ut separet quæ Deus conjunxit, qui eam ad mulieres transfert. Quibus enim, obsecro, dictum est : Ite, baptizate, nisi his quibus data jam erat docendi potestas, et munus commissum? Nam quod, ut audio, conantur illa discerpere, nimis est puerile et ridiculum. Sic itaque constituo, *Baptismum obstetricum, impiam esse veri ac legitimi Baptismi profanationem*. Quòd si veteris Ecclesiæ authoritas quaeritur, fateor equidem, de Baptismo à viris privatis administrato Augustinum hæsitare (Libro 2. contra epistol. Parmeniani, cap. 13). Invaluerat enim jam consuetudo, qua pius vir, non secùs ac bonus interdum nauta tempestate abripiébatur à recto cursu. Neque tamen audet negare, quin peccatum sit, utenque extenuet. Cæterùm de mulieribus, absque ulla exceptione constitutum fuit in Concilio Carthaginensi (Canone 100. concilii Carthag. 4.), ne omnino baptizare præsumant. Hoc decretum in Rhapsodiis Gratiani corruptum legitur, supposititia exceptione, sed inspicite volumen. Illic ad verbum habetur sicuti refero. Quanquam mihi plus satis est sacrosancta Dei veritas : etiam si mors ob eam causam esset oppetenda. Consilium quod ipse caperem, non possum aliis non dare. Videte ergo, fratres, ne inter manus vestras polluantur sacra Dei mysteria, quæ apud vos certa lege deposnit, ut reddenda sit vobis ratio, nisi sanguine potiùs vestro vindicetis purum eorum usum, quàm adulterari ullo modo patiamini.

Non carebit hæc constantia periculo, sed *insignem illam Cy-*

priani sententiam bene ac penitens animis vestris insculptam esse convenit, « servos Domini, fideliter ejus mandatis obedientes, vinci non posse : utcumque mori possint. » Veniat etiam in memoriam altera memorabilis vox ejusdem sancti viri, quam Augustinus refert : « *in re tam sancta, nullum esse deliberationi locum.* » Quæ eò plus ponderis meretur, quòd ipse eam in re præsentem edidit, cum jam ejus cervicibus carnificis manus instaret. Quantùm ad vos, nondum eò usque ventum est : quòd diligentius est providendum, ne ocii tantùm vestri causa, veritatem Dei prodendo, vestrum ministerium Satanae ludibrio prostituatis.

Quæretis, quidnam ergo vobis sit agendum ? Hæc mihi optima ratio videtur, ut *Principi* excusetis, ne vestras conscientias ultrà urgeat quàm ferre possint, ac rationes quidem proferatis quæ vos retineant : ad extremum si ille nihil mitescat, confugiatis ad illam Petri vocem, « *obediendum magis esse Deo quàm hominibus.* » *De pulsu campanarum et diebus festis ita sentimus, ferendas potius esse vobis has ineptias, quàm stationem in qua estis a Domino collocati deserendam : modò ne approbetis : modò etiam liberum vobis sit reprehendere quæ inde sequentur superstitiones : atque in eam rem diligenter incumbatis. Sunt autem tria potissimùm capita.*

Quòd dies à die discernitur.

Quòd cultus Dei constituitur in feriis.

Quòd non in Dei tantùm honorem, quod ipsum jam foret Judaicum, sed hominum quoque dies observantur.

Quòd vos convenire prohibet Princeps, nullo modo est tolerabile. Quamobrem cessandum vobis non erit, donec tam iniquum interdictum abrogaverit. Quid enim, non dico tandem, sed brevi futurum est Ecclesiæ, si nulla sit communicatio inter ministros, nulla consiliorum societas, nullæ communes deliberationes ? Pereamus verò centies potius, quàm in talem Ecclesiæ dissipationem consentiamus.

Tantùm constantia et fortitudine opus est, qua si Dominus vos instruxerit, quicumque erit eventus, bene habebit res. Ac ne modum non adhibere vobis videar, à longiori exhortatione supersedeo. Quòd nisi ita persuasus essem, vos ad omnia subeunda paratos fore potius, quàm minimum digitum à via deflexuros, diligentius ad vos confirmandos adniterer. At ne in re super-

vacua laborem, tantùm Dominum precabor, ut vos spiritu fortitudinis ac fiduciæ stabiliat, eoque vos invictos reddat adversùs omnes Satanae machinationes. Hoc faciunt mecum uno consensu omnes *mei Collegæ*, de quorum sententia hæc scripsi. Valetè, fratres dilectissimi, ac pergite sicut cœpistis, ne si rimam patefeceritis hosti, tanquam in urbe capta insultet. Genevæ viii. Idus Maii m. d. XLIII.

1353

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 10 mai (1544).

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 107 a. Cal. Opp. XX, 514.

Cum præter spem acciderit quod maximè optabam, magis festinandum tibi sentio, quàm statueras. Nam *nos colloqui inter nos necesse est, antequam huc totus concedas*¹. Fac ergo ut te quàm primum hîc habeamus, quò possimus inter nos de omnibus consilium capere. Scies, cum veneris, non abs re me institisse, ne adventum tuum longiùs differres. Provideo quid futurum sit. Reclamabunt fratres² : quibus invitis quidquam tentare nec deceret, nec velles, nec boni esset exempli, nec denique fas esset. Verùm hæc una est causa cur te accurrere cupiam. Quanquam sunt etiam aliæ complures, quas intelliges ubi veneris.

*Pium hunc fratrem hortatus sum ut Bernam rediret*³. Neque enim alia ratio se nunc offerebat. *Spero non difficile impetratu illi fore, quod vel nihili hominibus vel nullius testimonii dari solet, ut istic publicis impensis aliquantisper alatur. Scripsi de ea re ad Sulzerum*⁴. Tu illum etiam consilio tuo reges, quantum

¹ Voyez le N° 1336, au commencement du 3^{me} alinéa, et le N° 1345, note 1.

² Les pasteurs de la Classe de Vevey.

³ Allusion au Dr *Claude des Champs*.

⁴ Voyez la lettre de *Sulzer* du 19 mai, qui nous apprend que le Dr *Claude des Champs* obtint ce qu'il demandait à MM. de Berne.

ejus rationes postulabunt. Vale, frater integerrime. Saluta omnes amicos. 10. Maii. (1544⁵.)

JOANNES CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Fideli Christi servo Petro Vireto, Lausannensis ecclesiae pastori, fratri mihi chariss.

1354

PIERRE TOUSSAIN à Matthias Erb¹, à Riquewir.

De Montbéliard, 11 mai 1544.

Inédite. Autogr. Arch. de l'église de Bâle.

S. Vehementer mihi probaretur consilium vestrum, optime simul et amicissime frater, si vel hic vel in Ducatu² essent qui nos audire dignarentur, nec quicquam antehac omisimus quod ad *Principem* et suos ab instituto alienandos facere judicaremus. Caeterum quoniam et nos illic multis gravarunt calumniis adversarii, et *Schnepfium* habemus parum propicium³, et Consilarii placere student *Duci juniori*⁴, et nostri hic precibus nostris, libellis supplicibus et rationibus omnibus spretis, nulla hujus Ecclesiae habita ratione, pergunt efficere quod semel statuerunt, — nescio quid nunc aliud facere possemus, quam ut vel adversus illos pulverem de pedibus nostris excutiamus, vel eorum impiis conatibus ad mortem usque nos opponamus et resistamus.

Et certè *nos quoque non minus quam vos Tragœdiam hanc sopitam esse existimabamus : praesertim quum Dux ipse senior*

⁵ Le millésime est déterminé par les notes 1 et 4.

¹ Voyez sur *Matthias Erb*, le t. VIII, p. 190, 191.

² Le duché de Wurtemberg.

³ *Erhard Schnepf* ayant traduit en latin la liturgie wurtembergeoise, qu'on voulait imposer aux habitants du Montbéliard (VIII, 408), il tenait à ce qu'elle fût acceptée par eux, et, comme pasteur luthérien, il ne pouvait pas être favorable à la doctrine zwinglienne de la sainte Cène.

⁴ Le duc *Christophe*. Voyez, sur les convictions religieuses de ce prince, le t. III, p. 149 de l'ouvrage de Heyd et Pfaff intitulé : *Ulrich, Herzog zu Württemberg*.

*nostras de festis hinc non restituendis rationes approbasset*⁵, et *junior nostra super ea re scripta benignissimè legisset. Sed non conquieverunt adversarii, præcipuè autem Aulicus concionator*⁶, donec in Ducatu malis artibus, *Schneppio* adjuvante, nova mandata ad omnia quæ volebant hinc agenda obtinuerint, Principesque à nobis alienarint. Et quum huc ante *Ducem* rediisset concionator (quem ego antea tam sæpe ac diligenter per viscera misericordiæ Jesu Christi oraveram, ut commendatam haberet hanc Ecclesiam), accessi hominem salutandi gratia, et appellandi de rebus nostris, sed me cælavit omnia : qui tamen priùs, ante abitum suum in Ducatum, continere se non potuerat, quin nobis etiam omnibus præsentibus jactaret fore, ut nobis invitis reciperemus quæ ipse tum de festis et campanis nobis proponebat.

Itaque, *Principe reverso, jubet ille convocari fratres verbi ministros, nec indicat causam : adveniunt vigesima quinta Aprilis*⁷. Expectamus unà in templo ab hora duodecima ad secundam usque. *Tandem venit ille, et fronte totoque corporis habitu simulans omnia læta, jubet nos illic expectare Consiliarios* : nam volebant adversarii omnes adesse sacrificum quendam et alios magis adhuc impios, quò nos apud illos lectione mandatorum illorum magis confunderent, præsertim quum his, nobis tanquam patriæ proditoribus interdicitur, ne posthac ullum habeamus conventum⁸. Cum igitur convenissent illi, diuque in arce inter se consultassent, *eos adducit ad nos concionator. Leguntur et præcipiuntur nobis magna severitate mandata illa, De Baptismo Obstetricum, De Cena Domini ad præscriptum et doctrinam Schneppii administranda*⁹, *De festis restituendis, de campanis pulsandis, etc.*

⁵ Le duc *Ulric* témoignait beaucoup de bienveillance à ses sujets du Montbéliard (Cf. Duvernoy. Éphémérides, p. 244), et il appréciait l'activité que *Toussain* avait déployée en leur prêchant la Réforme. Mais les théologiens de Stuttgart réussirent, en 1543, à changer les sentiments de leur prince envers Toussain et ses collègues.

⁶ *Jean Engelmann*, aumônier du duc Christophe, à Montbéliard. Cf. Heyd, III, 150, 151.

⁷ Le 25 avril 1544 fut un vendredi.

⁸ *Viret, Farel et Calvin*, écrivant à la Classe de Montbéliard, protestent vivement contre cette interdiction (N^{os} 1348, 1349, 1352).

⁹ Quelle que fût la doctrine de *Schneppf*, il nous semble que les para-

Quibus auditis oramus ut liceat nobis paulisper secedere, ne quid temerè in re tanta respondeamus. Quo magna difficultate impetrato, quum dicerent ea nobis non lecta ut super his consultaremus, sed solùm ut audiremus et acquiesceremus, rogamus ut ad spacium saltem quindecim aut viginti dierum ea mandata differantur. Pernegant illi, præcipuè autem *Aulicus concionator*, tum primùm palàm se adversarium declarans, precesque nostras rejiciens. Instamus rem differri et nobis tempus dari, illos per Dominum orantes et salutem eorum, ne quid præcipitanter agerent. Nihil efficimus. *Clamat concionator satis esse expectatum.* Petimus Supplicationem nostram referri ad Principem : vix obtinemus. *Tandem significatur nobis per eosdem, Principem denegare nobis ullam dilationem : velle se rata et firma esse omnia quæ nobis lecta essent.* Excusamus nos non posse per conscientiam ea recipere, nisi priùs consultis fratribus aliarum Ecclesiarum, quorum iudicio causam hanc et nostra omnia semper submisimus et submitteremus, rogamusque ut et hoc quoque *Principi* referatur. *Et mox sequenti die ablegamus Erasmus nostrum*¹⁰.

Sed adeò non valuerunt apud illos ullæ præces, ut eo ipso die quo Erasmus abiit (qui erat dies Sabbati¹¹), populo non admonito, nihilque tale expectante, jusserit concionator pulsari vespèras, et sub noctem ea hora qua olim pulsabatur Ave Maria, et sequenti die Dominica mane, ut totum hoc oppidum fuerit vehementer commotum, — alio clamante quidnam hoc rei esset, alio respondente pulsari Ave Maria, alio gratias agente Deo quòd vetus religio restitueretur, alio in contemptum aliorum genibus flexis in media platea Virginem orante, etc., ut necesse habuerim, ad pacandas conscientias, aliquid ea de re pro concione dicere, et declarare nos hujus subitanæ innovationis authores non esse, deflens nostram cœcitatem ac miseriam, qui Evangelio hîc ab

graphes de la liturgie prémentionnée (n. 3) relatifs à la sainte Cène, n'étaient pas de nature à scandaliser les disciples de Calvin et de Bucer.

¹⁰ Ce n'était pas *Érasme Fabricius*, ex-intendant des églises dans les seigneuries que le comte Georges de Wurtemberg possédait en Alsace, mais *Érasme Cornier*, régent à l'École de Montbéliard (VII, 343).

¹¹ Le samedi 26 avril (Cf. les n. 7 et 17). Il est improbable qu'on ait attendu jusqu'au samedi 3 mai pour envoyer *Cornier* « consulter les frères des autres églises. »

*annis viginti predicato*¹², hoc postremo et periculosissimo tempore, relictis rebus seriis ad salutemque nobis necessariis, occupemur nunc in campanis pulsandis.

Quod quanquam dixissem sine ulla adversus quenquam contumelia, vocatus sum tamen ob id primùm ad *Cancellarium*¹³, deinde ad *Principem* ipsum et multis gravissimis sed falsissimis calumniis gravatus, fratribusque omnibus et novem (quos vocant) civibus et octodecim presentibus¹⁴, accusatus, ita volente Domino, ut per eos ipsos cives, apud quos me confusum vel perditum potius volebant adversarii, *Princeps* intelligeret me à malevolis falsò et iniquè delatum esse, quum illis omnibus presentibus peterem extremo me plecti supplicio, si quæ calumniatores de seditione excitata, de maledictis adversus Principes, etc. [detulerant] falsissima non essent. Et vix, scio, mi frater, temperasses tibi à lachrymis, si vidisses qua arte *libellum famosum* conscripsissent adversus me. Sed laudetur Dominus Deus. Ad hæc, quoniam dixeram in concione, populo subita illa mutatione perturbato, nos nec festorum restitutionem, nec pulsus illos ad festa commendanda approbare, jussit tum *Princeps* civibus presentibus ut illa, universamque *ordinationem ecclesiasticam Wirtembergensem* et quæ nobis præterea mandata et lecta erant, reciperemus et servaremus. Cumque diu quanta potuissemus humilitate excusassemus, multisque supplicassemus ne nos ullo contemptu aut pertinacia hæere putaret in nostra sententia, sed solùm ut nostro muneri et conscientiiis satisfaceremus, causamque nostram *Ecclesiis Germaniæ*, vel congregatis *Spiræ*¹⁵, cognoscendam permissemus, — iterum seriò jussi omnia illa quæ dixi recipere et servare, dimissi sumus.

¹² C'est en 1524 que *Guillaume Farel* alla prêcher la Réforme à Montbéliard (Cf. le t. I, p. 246, 248, 250, 255).

¹³ Ce n'était plus *Sigismund Stier*. Il avait suivi le comte Georges à Riquewir. Selon Heyd et Pfaff (III, 153, n. 394), le chancelier de Montbéliard, en 1545, s'appelait *Lucas*. Son nom de famille, si nous ne sommes dans l'erreur, était *Schroteisen*.

¹⁴ Les neuf bourgeois, les dix-huit et les notables composaient les trois corps du magistrat, à Montbéliard (Cf. Duvernoy, o. c., p. 104, 485).

¹⁵ Les députés envoyés par les États protestants aux diètes impériales se réunissaient, en dehors des séances officielles, pour traiter de leurs intérêts communs.

Et pergunt interea facere quod volunt, Ecclesiamque bene institutam et pacatam turbare et perdere : ut periculum sit ne hac via brevi majorem hinc videant desolationem quàm à renato Christi evangelio in ulla ecclesia unquam visa sit. Id quod sanè palàm quærit aulicus concionator et consilarii omnes, paucis Nicodemis exceptis vel Pilatis potiùs, qui reluctante conscientia, utque Principi placeant, malorum consilio et sententiæ acquiescunt. *Et si Stugardiam iremus, non dissimiles fortasse inveniremus*¹⁶. Nam quòd lucem fugiamus dicere non possunt, quum causam hanc universamque doctrinam nostram et nostra omnia judicio Ecclesiarum Germaniæ quæ verbum Dei receperunt, semper permiserimus. Sed jam te plus satis obtudi, et premor nunc sollicitudine et afflictione multa, nec possum hæc molesta nimis, relegere. Tu boni consules omnia. Omnes vos in Domino salutamus, et nos sanctis precibus vestris quibus possumus modis semper commendamus. Vale in Domino Jesu. Mombelgardi 11 Maii 1544.

Tuus ex animo P. TOSSANUS.

Cum hanc epistolam ad te scripsissem, existimans fore ut Principis architectus citiùs ad vos rediret, advenit *Erasmus*¹⁷, per quem tuas literas accepi, quæ mihi fuerunt gratissimæ. Ego jam *Duci Christophoro* et suis satis declaravi, me libenter facturum quicquid per Dominum et conscientiam possem : contra verò conscientiam aut ædificationem hujus Ecclesiæ, nihil unquam vel facturum vel approbaturum. Et ita causam Domino Deo commitemus, in quo iterum optimè valeas.

(*Inscriptio* :) Doctissimo viro D. Matthiæ Erbio, Ecclesiastæ Richenvillensi, fratri suo et amico integerrimo, Richenvillæ.

¹⁶ Toussain aurait pu omettre le mot *fortasse*. Le duc *Ulric* écrivait, en effet, à son fils, le 23 mai 1544 : « Si les *prédicants* s'oublent dans leurs discours, il faut user de rigueur envers eux, les punir et ne pas du tout les ménager. » (Trad. de la citation allemande de Heyd, III, 151.)

¹⁷ *Érasme Cornier* (n. 10, 11). Les lettres envoyées à Montbéliard, le 3 mai, de *Lausanne*, de *Neuchâtel*, le 6, de *Genève*, le 8 du même mois, nous révèlent qu'il avait consulté les pasteurs de ces trois villes.

1355

JEAN FATHON¹ à Christophe Fabri, à Thonon.

De Colombier, 16 mai 1544.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

La grâce, paix et miséricorde de Dieu, nostre souverain père céleste, par Jésuschrist son très aymé filz, nostre seule justice et gloire, par la communication du S. Esperit, vous soit augmentée!

Par voz dernières lettres, très chier frère, de mieulx en mieulx j'ay entendu la droicte et veritable communaulté chrestienne entre vous et moy, par laquelle le Seigneur déclaire son amour paternelle, tant par les communes afflictions qui[l] nous envoie que les consolations, lesquelles excèdent trop plus, et combien que nostre chair souvent (à la manière des petitz enfans) ne prend grand plaisir à la discipline, combien qu'elle soit très profitable.

Je ne doubte pas qu'[l] ne vous soit mal, après la tentation du filz unique Daniel², de n'avoir eu le moyen de conférer avec vostre mère de la parole du Seigneur avant sa mort³, selon vostre bon desir, et que n'eussiez estimez une grande récompense de l'affliction de vostre filz, si vous fût esté donné luy⁴ communiquer le trésor de son salut, Jésuschrist (combien que le Seigneur a tousjours congneu les siens), lequel fait toutes choses en telle consommée et parfaicte équité, que créature ne doit désirer ny

¹ Les lettres de *Jean Fathon*, pasteur à Colombier, sont toutes écrites en français. Voyez, entre autres, celles du 28 novembre 1542 et du 26 janvier 1543 (VIII, 197, 250).

² Une parole de *Christophe Fabri* (lettre du 22 février, p. 171, revu. de n. 19) donne lieu de croire qu'il venait de perdre l'un de ses enfants. « La tentation du filz unique, *Daniel*, » signifie : la tentation causée par sa mort.

³ Nous supposons que *la mère de Fabri* était morte à *Vienne* en Dauphiné, ville natale de son fils.

⁴ Il veut dire que si *Fabri* avait pu s'entretenir avec sa mère et lui donner l'assurance du salut par Jésus-Christ, c'eût été pour lui une compensation de la mort de *Daniel*.

vouloir aultrement, mais soy humiliant le béneir et en tout le louer. Sil leust dès le commencement nourryr⁵ en ce monde ses enfans en délices et grandz repos, sans les exercer par diverses tribulations pour l'approbation⁶ de leur foy et pour déclairer sa bonté et puissance envers eulx en les délivrant, et que nostre chefz et souverain maistre, Jésus, ne nous fût baillé non-seulement pour sauveur, mais aussi pour ung exemplaire et mireour [l. miroir] de patience, — aussi qui[l] fault par beaucoupz de tribulation entrer en la vie veritable, — nous aurions matière d'espoventement et de grande désolation. Mais, comme dict le S. Apostre: « Jà soy⁷ que nostre homme de dehors se corrumpe, toustesfoys celuy de par dedans est renouvelé de jour en jour: car nostre tribulation, qui est de peu de durée est [l. et] légière à merveille, merueilleusement fait en nous ung poidz éternel de gloire, quand nous ne considérons point les choses visibles, mais les invisibles. » Item. s'il est question de s'esjouyr et glorifier, c'est aux infirmitéz. Par quoy, le tout considéré, n'y a meilleur qu'en droicte confiance prier le Seigneur nous tirer et unir à luy par la foy qui tousjours besongne par charité, ne permeccant que d'aucune adversité soyons contristez selon le monde, veu que celle tristesse n'engendre que mort, mais celle qui est selon Dieu engendre repentence à salut.

Si je ne vouloys éviter vous fascher par trop grande prolixité, à ma bonne coustume, je entreroys hardiement à vous faire *mes complaints des grandes infirmitéz et paovretez qui sont en moy*, pour lesquelles le Seigneur me admoneste comme il luy plaît. J'ay bien déservir⁸ trop plus grande correction de mon Dieu, s'il vouloit entrer en jugement avec son serviteur. Mais ayant tant expérimenté sa prumptitude et libéralité à faire miséricorde à ses enfans, du nombre desquelz par sa seule grâce luy a pleu me recepvre au moyen de Jésuschrist, mon Sauveur, pour chose qui m'advienne je ne doibt perdre couraige: et jus-

⁵ L'orthographe imparfaite de l'écrivain confond souvent les participes avec les infinitifs.

⁶ Lisez: la probation, c.-à-d., l'épreuve de leur foi.

⁷ *Jà soit* (jam sit) est l'équivalent de *quoique*.

⁸ C'est-à-dire, j'ai bien mérité. Tel est maintes fois le sens de *desservir*, dans la langue du 16^me siècle.

ques là, de sa grâce, m'a tousché que je n'en ay le vouloir. Reste que je luy supplie de jour en jour vouloir augmenter ce qu'il luy a pleu commencer en moy, en me fortifiant par vive foy, pour résister puissamment au[x] cautelles de ce grand adversaire qu'en [l. qui en] tant de manières se transfigure, pour servir pleinement à la gloire du Seigneur des Seigneurs. Quand à vostre coustel, je suy assez assureur que n'avez aultre desir, comme ad ce de longue main estes par la grâce du Seigneur exercité. Très chier frère, ce n'estoit nullement mon intention vous fascher par si long et imbécille préambule, quand j'ay commencé ma lettre. Prenez le tout à la bonne coustume.

Je vous remercie grandement que m'avez fait participant de la consolation que le Seigneur vous avoit baillé pour, avec ses armures, avoir champ de bataille avec ung tel audacieux caphars, audacieux, dis-je, jusques à la retirée⁹, ennemy de verité, lequel monstre bien ses murailles estre sans plastre¹⁰, ne pouvans soustenir les grands canons de la verité du très hault et très puissant roy spirituel, Jésuschrist. Lequel, selon sa promesse, baillera bouche et sagesse aux siens pour résister à tous ses adversaires: et desmoliront et dissiperont tout conseil et haultesse qui s'eslèveront contre la congnoissance de Dieu, et par l'armure de sa parolle réduyront en captivité toute intelligence à l'obeyssance de Christ: ayans la vengeance appareillée contre toute désobeyssance. Je vous renvoye les lettres du dit caphars¹¹, non à perdre à cause de leur valeur, et les vous eusse de long temps renvoyée[s], si messagier propre se fût offert, avecques ce que [je] différoies vous escrire que n'eusse mellieur occasion, sans mes fréquentes maladies et aultres affaires innommables qui journellement me tourmentent: desquelz le Seigneur me veuille délivrer.

J'avoys dernièrement donné charge à ung frère, passant par vous pour aller à son pays, suba[]terne de *Corderius*¹², de vous

⁹ Jusqu'au moment où il bat la retraite.

¹⁰ C'est peut-être une allusion à *Louis du Plastre*, ex-prieur des Bénédictins de St-Hippolyte, à *Thonon* (IV, 34, 210).

¹¹ Ces lettres n'ont pas été conservées. Le personnage qui est ici visé avait, sans doute, provoqué *Fabri* à une dispute de religion, et lâché pied au dernier moment.

¹² C'est-à-dire, bachelier de *Mathurin Cordier*, à l'École de Neuchâtel.

saluer et vous sinifier *le trespas de la Claude, vostre belle-seur*¹³, ce que ne me fut possible le vous escripre, pour faulte de temps. Je ne sçays s'il aura faict son debvoir. Or ainsi il a pleu au Seigneur fère paix à sa servante, le propre seoir que *Caspar*¹⁴ arrivast icy venant de vous. Et ainsi que délibéroie le matin, après qu'auroys presché [à] *Auvernier*¹⁵, luy pourter vostre présent et la consoler par voz lettres, Maistre *Thomas*¹⁶, ce matin, passant par ma maison, prévient à porter vostre dict présent; mais ce fut tropt tard, quand à elle, estant desjà expirée. Ce néaultmoins vostre charité et bonne souvenance envers elle ne fut de petit édifice¹⁷, voire à esmouvoir voz parentz à plus grandes larmes, de la joye de vostre cueur cordial. Dont, chier frère, je rend grâce au Seigneur que, sans aucune suspicion, tant de vostre coustel que d'aultres, le Seigneur dispose du tout comme il luy plaît par sa divine providence, et suis joyeux que la dicte *Claude* a passé sans vous avoir donné grand peine pour la médecine¹⁸. De la cause, vous l'entendez.

Incontinent qu'elle fut morte, *André* n'a cessé de sollicite[r] le père¹⁹ pour avoir assurance de ce qui[l] devoit avoir au bien, et combien qu'on vouldist différer jusques puissiez venir par deça. Mais il n'a voulluz attendre, mais vouloit procéder par justice. Pour à quoy obvier et éviter les grandes fascheries et missions des plays,²⁰ le paovre père et mère se sont condescenduz en appointement avec luy sans plédoyer, et par l'advis de nostre frère Maistre *Thomas* et *Pierre Pectavel*, lesquelz ilz [l. y] ont prins beaucoup de peine : à quoy aussi le dict *André* c'est ac-

¹³ Sœur de la femme de Fabri. Nous ignorons son nom de famille. « *La Claude* » avait épousé cet *André* qui figure aux pp. 201, 255 du t. VIII.

¹⁴ Ce personnage ne semble pas être *Gaspard Carmel*, pasteur à Motiers-Travers (VIII, 201), mais bien le relieur mentionné plus bas (renv. de n. 31). Il était probablement arrivé de *Thonon* le samedi 10 mai.

¹⁵ *Auvernier*, village situé entre Neuchâtel et Colombier.

¹⁶ *Thomas Barbarin*, pasteur à Boudri.

¹⁷ *Édifice* signifie ici *édification* (Cf. le t. VIII, p. 253, lig. 2).

¹⁸ *Christophe Fabri* avait étudié la médecine à Montpellier, et il la pratiquait parfois dans le Chablais (V, 284, 308).

¹⁹ Fathon avait d'abord écrit : « *André* n'a cessé de *mollesté* le père. » Ce gendre, si intéressé, vivait à *Bôle* chez les parents de sa femme (VIII, 201, 254, 255).

²⁰ Les *frais* des audiences devant les tribunaux.

cordé. Voyci l'appointement, après les querelles²¹ du dict *André*, entre lesquelles en demandoit une, assavoir la moitié de tout le bien, sus lequel vouloit monstrier que le père l'avoit marié, comme appartenant à *la Claude*, sa *feue femme*²² : et puis demandoit la moitié du bien du père, qu'estoit les troys quars de tout le bien, — qu'estoit chose bien fascheuse, — allég[ua]nt les accroissances²³, ses peines, son mariage²⁴ et plusieurs autres choses. Dont avoir peser et considéré le tout, on les a induys d'avoir bonne paix et demeurer ensemble, regardant à la débilité du père et à la dextérité et déligence d'*André* à travailler et à fère valoir le bien, et que, du bon vouloir du père, il se puisse remarier en la maison, et mettre le mariage de la femme qui[l] prendra au prouffit de tout le bien, ce pendant qu'ilz seront ensemble. Cas advenant qui[ls] ne se puissent convenir, partiront par mi et par mi²⁵ : réservé que, de la maison aura le père et sa femme toute la demeurence leur vie durant, et, après leurs trespas, si les demeurences²⁶ vaillent mieulx que la reste de la maison, reviendra tousjours toute la dite maison en partage par moitié²⁷ : jouyra aussi le père la moitié du mariage du dit *André*. Et aussi est réservé le mariage entièrement de *la mère*, sans ce que *André* en doibge jouyr. Et par ainsi *vostre beau-père* et *mère* se sont très bien contentez, et sont de présent en bonne disposition et paix par ensemble, m'ayant donné charge vous advertir des affaires et vous saluer en leurs noms, et de vous prier prendre tout en bonne part de ce qu'ilz n'ont différéz à vostre venue : car sen [l. c'en] estoit leur bon vouloir. Et de mon coustel en suis estez marrys, que à tout le moins ilz ne m'avoient sinifier le jour de leur accord : car à

²¹ Demandes ou prétentions.

²² *André* prétendait que le père de « *la Claude* » avait donné pour dot à celle-ci la moitié de son bien.

²³ C'est-à-dire, *les plus-values*.

²⁴ Le mot *mariage* a quelquefois le sens de *dot*. Il désigne peut-être ici le bien qu'*André* aurait apporté dans la famille de sa femme.

²⁵ Ils partageront par moitiés égales.

²⁶ Les parties logeables de la maison.

²⁷ La moitié de la maison devant appartenir à *André*, et l'autre moitié, à la sœur de la défunte.

raison de vous et de *la seur Hugonette*²⁸, je m'y fusse volontier trouver. Mais quand je eust ouyr nostre frère Maistre *Thomas*, aussi *vostre beau-père*, je ne sceu que estre content de leur bon accord, auquel il plaise au Seigneur donner bonne yssue. Nous espérons que le tout se portera bien et à vostre profit. Vostre dict beau-père et mère vous saluent grandement et aussi *la Gonet*²⁹, envers laquelle ilz déclairent avoir très bonne affection, et m'ont donné charge fère leurs excuses envers vous, s'ilz ne vont par delà, car débilite de leurs personne[s] ne pourroit porter ung tel chemin.

Quandt à nous, nous en avons, Dieu grâce, nostre saoulz. Si ne faillons-nous pas en bon desir, mais nous espérions bien que feriez ung voyage par deça incontinant après Pasques. Le Seigneur vous doingt génération, laquelle serve à sa gloire et à son église longuement et à vostre consolation et la nostre. Il faudra par quelque bonne occasion procurer ung affranchissement pour vostre beau-père³⁰, lequel, pour le respect de vous enfans, en est de grand desir. Maistre *Thomas* et moy avons bon vouloir nous y employer, mais que venyés nous trouver par deça.

De voz bestes, elle[s] se portent bien. L'une ne porte riens ceste année, et l'autre n'a pas encoure faict son veau et ne le fera qu'à la S. Jehan. Et affin que la mère puisse avoir veaul pour l'an qui vient, ne faudra, comme ilz m'ont dit, nourry[r] ce premier veaul. Toutteffoys vous en dirés vostre advis, et la seur *Goneste*. Le Seigneur a bien sceu disposer de vostre édifice, et quand nous n'y pensons nullement, c'est alors qu'il édifie pour nous-mesmes çà-bas en ceste terre, mais non point pour nous y endormir. J'ay sollicité de long temps *Gaspare*³¹ de retourner à vous, pour avoir plus tost moyen vous mander de tout

²⁸⁻²⁹ *Hugonette* ou *Gonette*, femme de Fabri, était sœur de « la *Claude*. »

³⁰ Il paraît que le beau-père de Fabri était encore soumis à certaines prestations ou corvées, que les seigneurs féodaux ne pouvaient imposer aux hommes de condition libre. Voyez, sur les diverses classes d'habitants du pays, G.-A. Matile. Hist. des institutions judiciaires et législatives de la principauté de Neuchâtel, p. 13-15, 24, 25, 45. — Fréd. de Chambrier. Hist. de Neuchâtel et Valangin, p. 244-47, 313, 314.

³¹ Nos recherches nous ont fait rencontrer un *Gaspar* ***, qui était libraire à Neuchâtel vers 1545. Dans ce temps-là, la profession de relieur et celle de libraire étaient fréquemment exercées par le même individu.

nostre portement, et me promet de jour en jour, s'il avoit abillé *vostre bible* (laquelle promet tant bien relire que ce sera belle pitié), de s'en aller à vous, par lequel, si n'avez moyen plus tost, vous plaira m'envoyer le prologue de vostre testament. Et quant et quant vous prie que rescrivez au sire *Varroz*³² de *Genève*, vous envoyer de sa main le contenu que je luy demeuray debvent par son rolle, à cause de deux unces et d[emie] de rubarbe et d'agaric, que je prins de luy par vostre lettre de crédance, affin que je luy face tenir son argent, comme le temps et la raison le requiert. Maistre *Thomas* a desir de veoir comme le dit s^r *Varroz* a vandu l'unce de rubarbe et l'unce d'agaric.

Des nouvelles de par deçà, nous avons tant de maladies que c'est grand pitié. Le bon Dieu nous as[s]iste! chaul maulx, fiebvres quotidiennes, et tierce et quarte, et pestilenciales. Maistre *Guillaume*³³ a esté, ses jours passés, fort malade. Mais le Seigneur a eu pitié de son église, et l'a encoure réservé pour avoir encoure plus de peines. Et nostre bon frère *Michiel*³⁴ de *Saint-Blaise*, venant, y eust Jeudi passez huit jours³⁵, en la congrégation, fut saisy par le chemin de la dicté maladie chaulde, quil est encoure fort malade en la maison de Maistre *Guillaume*, lequel, avec nous, recommandons à voz saintes prières et de tous les frères de par delà. *Claude Farel* rescrivit dernièrement, s'en partant de *Paris* pour aller droit à *Grenoble*³⁶: lequel a obtenu lettres du Roy telles qu'il les a demandez, et doit arriver, comme je pense, ceste sepmainne à *Lion*, espérant avec l'ayde de Dieu venir à quelque bon port de leur affaire³⁷. Leur ménaige se porte bien et vous saluent les femmes³⁸ tous. Maistre *Guillaume* a de long temps eu la main à la plusme pour vous escrire. lequel vous salue. Maistre *Thomas*, sa femme, la mienne, mille

³² *Michel Varod*, peut-être (VIII, 236, 237). Ses fonctions de procureur de l'Hôpital ne pouvaient l'empêcher de tenir une pharmacie.

³³ *Guillaume Farel*. — ³⁴ Le pasteur *Michel Mulot*.

³⁵ *Michel Mulot* se rendait à Neuchâtel pour la congrégation du jeudi 1^{er} mai ou celle du 8.

³⁶ Pour solliciter, auprès du parlement de *Grenoble*, la restitution des biens de sa famille.

³⁷ Voyez le *post-scriptum* de la lettre de Guill. Farel du 27 mai.

³⁸ *Françoise de Beauvais* avait épousé *Gauchier Farel*, et *Louise*, soeur de *Françoise*, était la femme de *Claude Farel* (VIII, 37).

foys : laquelle c'est offerte à vostre beau-père vous aller veoir, s'il vouloit entreprendre le voyage, combien que si vous savyés où j'en suis, vous ne luy conseilleriez nullement de me laisser : combien que je n'espère pas qu'elle puisse impétrer de vostre dict beau-père : car beaucoup de neccessité le pressent, singulièrement que *vostre belle-mère* est toute malade. Si nous avions quelque chose de nouveau par deçà et portatifz, nous nous voudrions bien aquiter de quelque devoir pour la gessine de nostre très chière seur *Hugonette*, à laquelle le Seigneur assiste et face qu'elle voye le fruit de son ventre, à l'avancement de sa Parolle et à sa consolation, la vostre et la nostre. La grâce et bénédiction de Dieu soit sur vous à tousjours ! Amen. De Columbier, ce xvi de May 1544.

Vostre chier et entier frère et amy

JEHAN FATHON.

Monsieur *Nycolas de Watteville* et son frère *Renéz*³⁹ sont arrivés icy ce soir : Lequel seigneur *Nicolas* a amené son filz à *Corderius*⁴⁰. Avec lesquelz ay devisé longuement de beaucoup d'affères, de quoy en espère quelque fruit. Entre aultres, *suis fort joyeux qu'ilz ont très bonne opinion de nostre chier frère Maistre Guillaume et l'ont en grande révérence*⁴¹, comme il fault avoir ung droit serviteur de Dieu, tel qu'il est, et ne ygnorent maintenant les mercenaires et ypochrites.

(*Suscription :*) A mon très chier frère et cordial amy Maistre Christophe Libertet, Ministre et annunciateur du S. Évangile, à Thonon.

³⁹ *Reinhard de Watteville*, frère cadet de *Nicolas* et de *Jean-Jacques*. Il possédait plusieurs seigneuries dans le canton de Berne, entre autres, celle de *Wattewil*, qu'il avait achetée en 1533. Il fut élu membre du Grand Conseil en 1526, avoyer de Thoune en 1530. Il mourut en 1549 (Voyez *Leu. Helvetisches Lexicon*).

⁴⁰ Ce fut à la recommandation de *Farel* que *Nicolas de Watteville* choisit *Cordier* pour être le précepteur de son filz *Petermann* (Cf. la p. 191). Celui-ci, né en 1535, devint membre des Deux Cents en 1555, puis du Petit Conseil (1563), bailli à Lausanne (1566), banneret (1577). Il était seigneur de *Wyl*, et il mourut le 20 mai 1581. Cf. *Leu, o. c.*

⁴¹ Cette estime et ce respect étaient réciproques. Voyez la lettre de *Farel* du 28 mars à *Nic. de Watteville*.

1356

HENRI BULLINGER à Jean Calvin, à Genève.

De Zurich, 16 mai 1544.

Autographe. Arch. d'État de Zurich. Cal. Opp. XI, 708.

Gratiam et pacem a Domino! Accepi, Calvine doctissime idemque charissime frater, quem misisti libellum¹, sed propter urgentia negotia nondum licuit in ipso quicquam legere. Ago autem tuæ humanitati gratias immortales. *Tua mihi charissima sunt atque gratissima. Nam propter præclara Dei dona te ex animo colo, veneror, exosculor.* Dominus te ad gloriam nominis sui servet diu incolumem, quò plurimum scribendo prosis Ecclesiæ. Vereor autem ne operam perdideris et impensam apud *Carlum*². Avertit enim aures suas et a Domino ipso et ab æterna Dei veritate. Superstitio, mendacium, idololatria et impietas obsederunt cor obstinatum. Dominus misereatur hominis. Si quam ipsi Dominus victoriam concesserit, abutetur illa ad persecutionem nominis Dei. Ducibus belli utitur impiis, blasphemis et persecutoribus. Atque utinam rectius saperet *rex Galliarum Franciscus!* Utinam Christum persequeretur minus in piis! Metuo enim ne et ipsius regnum et exercitus justo Dei judicio aliquando premantur. Sunt enim qui de illo referunt satis atrociam. Verùm orandum puto Dominum assiduè, ut in his bellorum gravissimis tumultibus ecclesiam suam servet.

Adolescentem quem mihi commendasti excepi. Scriba urbis nostræ primus³, vir clarus, recepit illum. Precium in annum postulat coronatos 16. Interim verò et vestes et libri solvendi sunt. Ego fide jussi. Quo circa à te, mi charissime frater, postulo

¹ Le livre de Calvin adressé à Charles-Quint et aux princes assemblés à Spire (p. 86, n. 11).

² Cette forme du nom *Carolus* est bien rare.

³ *Werner Bygel*, secrétaire du Conseil de Zurich.

ut mercator ille cuius tu mentionem facis in literis tuis⁴, mihi scribat, nomen suum det, fidemque obstringat. Vestes, libros et victum ministrabunt ipsi scriba et cives boni. Ego fidem meam illis obstrinxi : effice ergo ne mihi fraudi sit. Ac boni consule, oro, quòd hæc postulo. Semel enim atque iterum damnum per imprudentiam sensi rerum mearum. Vale, dilecte et plurimum mihi observande Calvine. Tiguri 16 Maii anno 1544. Salutant te fratres *Megander*, *Bibliander*, *Pellicanus*, *Gualtherus*, *Fabritius*⁵.

H. BULLINGERUS tuus.

(*Inscriptio* :) Clarissimo viro D. Joanni Calvino, fideli apud Genevates Christi ministro, Domino et fratri colendo. Genff.

1357

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 19 mai 1544.

Copie. Bibl. Nationale. Collect. du Puy, t. 102. Cal. Opp. XI, 709.

S. De fide sinceritateque tua erga omnes fratres nihil diffido, ut quæ pridem tot argumentis apud bonos innotuit, ut non possit ulla delatione¹ sinistra convelli. Sanè verò ille *Claudius* quo de scribis² nihil est magnopere, cum esset legatos³ subsecutus, apud me questus, adeòque etiam illustre testimonium doctrinæ pietatique tuæ dedit : id solum se requirere dicens, ut quendam fratrem commendatiorem habeas extrema necessitate laboran-

⁴ Cette lettre de Calvin ne se retrouve pas.

⁵ *Érasme Fabricius*, pasteur mentionné dans le t. VIII, p. 191.

¹ Dans l'édition de Brunswick, *declaratione*.

² Ce *Claudius* appartenait à une « Classe » bernoise voisine de Genève : ce qui permet de conjecturer que c'était *Claude Véron*, ex-pasteur de *Bossey* et *Troinez*, dans le territoire genevois, et qui désirait obtenir une cure dans le bailliage de Ternier.

³ Le *Claude* prémentionné avait suivi à Berne les députés bernois qui revenaient de Genève, ou les députés genevois Coquet et Roset (p. 267, n. 24).

tem⁴ : eo enim officio totius suæ Classis fratres⁵ te demereri arctissimaque benevolentia tibi adjungere posse. Quod ut facias non est ut magnopere te adhorter, qui tua sponte et ad miserorum patrocinium et mutuam conjunctionem alendam et provehendam es incitatus. Hortatus sum *Claudium*, quemadmodum et cæteros, pro officio, uti te complectatur in Domino, observet et colat, detque operam cum reliquis, uti quemadmodum jam tandem inter duas has respublicas pax amicitiaque dono Dei coaluit, ita inter ecclesiarum ministros omnes verus in Domino consensus amorque fraternus obtineat : idque se facturum, ut et alii, sanctè recepit.

*Viretum tibi συνεργόν concessum esse gaudeo vehementer*⁶, et quòd studiis tuis valetudinique impensè favco, quibus conferre *Vireti* opera, ut scribis, potest plurimùm fidelis tibi que grata, et quòd ipsum etiam *Viretum* disturbis⁷ quibusdam quæ non sine dolore accepi, eximi ad tempus judicem expedire, donec pro cursu temporis, extinctis nonnihil improborum quorundam odiis furiisque⁸, meliore cum fruge queat præesse reversus, —

⁴ Il n'est pas possible de désigner avec certitude ce pasteur nécessaire. Nos conjectures se portent sur les personnages suivants : *Jean Courtois* (Cortesius), qui était sans place, et *Claude Rey*, ministre impotent, qui se présenta, à Genève, le 30 octobre 1544, pour être pasteur à l'Hôpital, mais qui ne fut pas admis.

⁵ Les pasteurs de la Classe de Ternier ou de celle de Gex, dans le territoire bernois.

⁶ Berne avait décidé de prêter *Viret* à Genève, mais sous réserve du consentement de la Classe de Lausanne.

⁷ Mot de la basse latinité, qui signifie *troubles*, — *destourbiers* dans le français romand du 16^me siècle.

⁸ Allusion aux insolents procédés que *Viret* avait eu à subir, de la part des membres de l'abbaye lausannoise, avant qu'elle fût dissoute (pp. 137, 138, 197, 198). Tout de suite après le retour de leurs chefs à Lausanne, le service divin y fut troublé, le 13 avril, par un scandale. Berne ordonnait, en effet, le 3 mai, au bailli de cette ville de « rechercher les individus qui avaient brisé un banc [dans l'église] le jour de Pâques, et provoqué le tumulte. » Et, le 16 mai, MM. de Berne faisaient écrire aux magistrats lausannois : « Mes Seigneurs regrettent que vous ayez si légèrement puni ceux qui, le jour de Pâques, ont brisé le banc et sont sortis précipitamment de la prédication. Vous devez, pour de pareilles choses, punir ceux-là et d'autres plus sévèrement et mieux, afin que mes Seigneurs n'aient pas l'occasion de faire une enquête. » (Manuel du Conseil, trad. de Fall.)

quanquam per me quidem non stabit quo minùs diutissimè etiam apud te hæreat. Tuam ecclesiæque tuæ incolumitatem perinde ac nostram sertam tectamque cupio.

*Domino Claudio de Campis impetravi sustentationem Lausanæ ad sex menses⁹, eamque ad rem plurimum profuit commendatio tua ad Consulem a Wattenwil¹⁰: pridem enim, hoc est, priusquam ad te proficisceretur, id frustra tentaveram, quòd quibusdam suspectus haberetur, quia ab *Argentorato* venerat commendatus¹¹. Sic sunt quorundam hominum studia: quod te scire volui, ut deinceps si quos velis nobis commendatos, eos etiam tua auctoritate commendes, quòd pondus eam habituram esse norim.*

De *Germaniæ* statu sic scribit ad me *Myconius*: Bellum contra *Gallum* procedit: nemo non currit¹²: hodie duo navigia, militibus plena, per *Rhenum* venerunt: venerunt etiam *Itali* his diebus. Interim tamen de pace Religionis ne verbum quidem audio¹³: nec audio quid *Gallus* contra instituat. Hinc conjecturam faciunt quidam, belli primarios, postquam omnia sint probè parata, pacem facturos esse et totis viribus conversum iri contra nos. *In votis esse dicitur Cæsari monarchiam moliri in Europa,*

⁹ A comparer avec les N^{os} 1341, renvois de note 17, 18, 19; 1353, renvois de n. 3, 4.

¹⁰ En terminant sa missive du 10 mai, *Calvin* mentionnait sa lettre à *Sultzer*, mais non celle qu'il voulait écrire à l'avoyer *J.-J. de Watteville*. Celui-ci présidait la séance du 17 mai, dont le procès-verbal contient ce paragraphe: « Entretien *le Parisien* à Lausanne pendant six mois. »

¹¹ Les relations des Bernois avec *Strasbourg* s'étaient refroidies, depuis que le parti zwinglien avait repris le dessus dans l'Église bernoise (VIII, 95-102). Aussi, lorsque *Claude des Champs*, recommandé par les Strasbourgeois, s'était présenté pour la première fois devant le Conseil de Berne, présidé par l'avoyer *Nagueli*, la décision suivante avait-elle été prise: « Donner un *viaticum* de 4 livres [30 batz ou 2 florins] au *docteur de Paris*, pour voyager plus loin. » (Manuel du 26 avril. Trad. de l'all.)

¹² Dans la copie, *non evasit*: ce qui peut s'entendre de l'empressement de la jeunesse à s'enrôler, malgré les édits, dans les troupes du roi de France. *Myconius* et *Séb. Munster* faisaient la même remarque à la fin de mai 1542 (VIII, 39, 41).

¹³ A la diète de *Spire*, l'Empereur avait dirigé de telle sorte les délibérations, qu'il n'y avait pas eu de place pour les questions religieuses. Et il en fut ainsi jusqu'à la clôture de l'assemblée.

id quod fieri nequit nisi domitis Helvetiis. Videant nostri quid agant. *Bucerus* nondum e *Spira* rediit¹⁴. Delectus fiunt *Tabernæ*¹⁵, quamobrem *Alsacia* quidquid habet pecudum, vini, frumenti pecuniæque convehit *Argentinam*: nam à militibus nihil tutum est. Furta interim et latrocinia fiunt frequentia. Sed et *Argentinam* venturus dicitur [*Cæsar*], cujus utinam sit futurus adventus pacificus.

Tigurini expostulationibus *Myconium* vexant ob conciones duas de Eucharistia ab ipso habitas¹⁶, perguntque suo more id doctrinæ genus odiosè traducere, bonorum studia suggillare: quibus præcor ex animo mentem meliorem magisque ad catholicam ecclesiarum consensionem inflammatam, planè hoc potissimum tempore necessariam, nisi necessum¹⁷ non est provehere et tueri Religionis professionem. Sed jam vale et me ama. Salvos jube meis *Beati*que verbis collegas tuos. Scripsi Bernæ 19^a Maii anno 1544.

T. SULTZERUS.

Italum hunc tibi unicè commendo, virum, ut adparet, optimum et testimonium¹⁸ *Philippi* et *Buceri* ferentem¹⁹.

¹⁴ *Bucer* était déjà à *Spire* le 20 mars (p. 180, n. 11). Nous ignorons la date précise de son retour.

¹⁵ *Saverne* (*Zabern*) en Alsace.

¹⁶ Des marchands zuricois qui avaient entendu *Myconius* prêcher à *Bâle*, se plaignirent à *Zurich* de ce qu'il n'exposait plus la doctrine de la sainte Cène selon la formule zwinglienne. Cf. la biographie d'Oswald Myconius par M. Kirchofer, p. 357 et suiv. — La lettre d'Osw. Myconius à Mélancthon du 9 juin 1544, où il exprime sa foi et mentionne les objections de ses adversaires (Voyez Bindseil, o. c., p. 192, 193).

¹⁷ Édition de Brunswick: nisi *necessarium* non est.

¹⁸ Même édition: *testimonia*.

¹⁹ Contrairement à son habitude, *Sultzer* ne donne à Calvin aucune nouvelle de l'Église de Berne. L'article suivant du Manuel du 24 avril comblera en partie cette lacune: « Les prédicants ont demandé que mes Seigneurs ne fassent pas de deux paroisses une seule*. De plus, qu'ils leur permettent d'assembler le Chapitre, et que, parmi eux trois, l'on en choisisse un qui ait le pouvoir d'adresser aux ministres des lettres de convocation.

* Arrêt du Conseil: Chaque fois que l'occasion se présente, mes Seigneurs veulent faire ce qui contribue à l'honneur de Dieu. Mais dans ce temps de

* Le Conseil avait peut-être manifesté l'intention de ne pas remplacer feu le pasteur *Pierre Kuntz*, et de réduire à trois le nombre des paroisses de la ville.

1358

VALÉRAND POUILLAIN à Jean Calvin, à Genève.

De Strasbourg, 26 mai 1544.

Autographe. Bibl. de Gotha. Cal. Opp. XI, 711.

S. P. Magister ac pater in Christo colendissime. *Tua illa humanitas ac propè singularis erga me benevolentia*, quæ me antea tui amantissimum incredibiliter magis ac magis tibi devinxit, eadem facit ut non parùm me pudeat quòd tam pio ac in me liberali tuo desiderio non liceat obtemperare¹. Ego enim id cupiebam ex animo, uti nuper tibi scripsi. Verùm cum de eo ad D. *Bucerum*, alterum meum parentem, retulissem, is statim me ad aliam subeundam provinciam traduxit, de qua antequam abiret *Spyram*, nonnulla fuerant acta, tametsi postmodum in desperationem pænè ejus rei jam veneram. Itaque non potui recusare quod antè ambiveram. *Nunc ad comitem ab Isseburg² proficiscor, huc filium ejus cum nobilibus aliquot adducturus, illorum scilicet pædagogus futurus.* Ago igitur gratias immortales pro istac tua humanitate. Oro etiam ut mihi condones si quid hîc peccaverim, meque nihilo minùs ut antea favore tuo prosequere. Invenies me semper filium. *Oro ut mihi pater esse velis, quandoquidem in dies audio illum qui est secundùm carnem, jam meditari abdicationem.*

Vide autem, Domine ac pater amantissime, num hîc me temeritatis accuses. *Est hîc frater quidam, antea tibi non ignotus. Is ita hîc versatus est, ut vita et doctrina sit omnibus spectatissi-*

disette, ils ne convoqueront pas le Chapitre avant l'automne ou avant l'année prochaine. C'est à *Sultzer* qu'ils confèrent *consulatum inter symmystas*, toutefois avec cette réserve, qu'il ne soit pas élevé au dessus d'eux, à cause de cet office, mais que toujours l'un soit le serviteur de l'autre. » (Trad. de Fall.)

¹ Calvin lui avait proposé, croyons-nous, d'être aumônier chez M. de Falais.

² *Poullain* se rendait auprès du comte *Henri d'Issembourg*, seigneur du Bas-Issembourg, pays situé sur la rive droite du Rhin, au N.-E. de Coblenze. Il eut pour élèves, à Strasbourg, deux fils du comte Henri.

mus, adeò ut illum alterum Pharellum juniorem vocent quidam. Tanta est in viro pietas in admonendo et corrigendo. Illum ego cupiam ita tibi commendatum, ut hac seu alia ipsi prospiceretur. Scio, si propiùs noris, te illum ex animo complexurum. Nam hodie quàm laboretis invenire qui doctrinam evangelicam moribus exprimant, non ignoro. Hunc esse talem tibi coram Domino spondeo. Si ita videbitur D. Bucero, ad te ibit. Sin minùs, oro ut ejus memineris. Is est Raymondus Chauvetus, qui olim fuit ordinis Franciscanorum³, qui apud D. Pharellum erat, cum hïc essetis⁴.

Fratres nostri *Vallencenenses*⁵, qui nuper ad nos quædam scripta *Quintinistarum*⁶ attulerant, redierunt. Oro te per Christum ut, si ea quæ misi legeris, velis ad ipsos scribere consolationem aliquam, quæ ipsos in tantis miseriis sustineat atque adversùs pestes illas muniat et fulciat⁷. D. *Bucerus* semel scripsit, atque id denuò facturum confido, sed nil ad illos errores. Satis est te monitum. Scio enim quàm ardeas zelo domus Dei. Quæ acta sunt his comitiis, imò quæ non acta, cognosces copiosius et certiùs ex D. *Buceri* literis. Itaque supersedeo : nam ad iter accinctus hæc scripsi.

³ Notre regretté ami, M. le pasteur Charles Dardier, nous a communiqué jadis la copie d'un arrêt du parlement de Toulouse du 13 avril 1543, qui condamne à diverses peines neuf « hérétiques » de *Beaucaire*. Dans la seconde partie de ce document, l'archevêque d'Arles est chargé de s'informer du « recaptement de frères *Nicol, Antoine Mélotte et Ramond Chauvet*, religieux foytitz, pour iceulx faire prendre.... leur faire et parfaire le procez criminel » (Mser. des archives consistoriales de Nîmes).

L'Histoire des Martyrs (éd. de 1619, f. 841) dit que « M. *Raymond Chauvet*, paravant Cordelier, d'honorable réputation entre les Papistes, et depuis Ministre en l'Église de Genève, » était l'un des six Évangéliques prisonniers dans la ville de *Beaucaire* en Languedoc, qui réussirent à s'enfuir « un peu devant Pasques, » c'est-à-dire, avant le 25 mars 1543. (Voyez aussi l'édition de Toulouse, III, 840, 841.)

⁴ *R. Chauvet* avait donc fait la connaissance personnelle de *Calvin* et de *Farel* à Strasbourg, pendant les mois de juillet et d'août 1543.

⁵ Les Évangéliques de *Valenciennes* (p. 178, n. 1).

⁶ On appelait *Quintinistes* les adhérents de la secte des *Libertins*, parce qu'un de leurs chefs portait le nom de *Quintin*.

⁷ On ne connaît pas de lettre écrite par *Calvin* aux fidèles de *Valenciennes*. Il publia en 1545, contre les *Libertins*, un livre où les erreurs de *Quintin* sont vigoureusement réfutées.

Insuper mihi in mentem venit quod *nuper inter nos agēbamus de quibusdam hymnis ac sententiis gravioribus sacræ scripturæ vertendis in rythmum gallicum, ut ea in nostro templo subinde caneremus*: uti de agno paschali ac de eucharistia, de s. spiritu, de pœnitentia, fide, etc., de pace, pro bello, peste, etc. *Hic si poteris aliquid vel ab ipso D. Maroto vel alio aliquo, impetrare, nobis eris gratissimus*⁸. Cupimus enim hanc ecclesiam, quæ in dies augetur, habere omnia quæ ad pietatem pertinere possint instrumenta. Et optarim ad nos aliquando scriberes, hortarerisque semper ad disciplinæ cum pietate observationem. Ipse etiam intelligis quanti sint futuræ consolationes, si quas abs te receperimus. Quæ scribo, non ut officii, sed ut T. H. nostræ necessitatis commonefaciam.

*Uxori cum universa familia et symmystis tuis omnibus, Antonio fratre, Davide et Nicolao*⁹ bene opto. Christus Jesus te nobis atque ecclesiæ suæ diu servet incolumem. Raptim. Argentinae, 7 Calendas Junias 1544.

Tuus observantissimus filius in Domino
VALERANDUS POUILLAIN.

Heri ex quodam *Metensi* cognovi urbem illam omni metu qui paucis ante diebus impenderat, omnino liberatam gratia D. Jesu. Nam *prorex Neap.[olitanus]* ille, altero adventus sui die, improviso nuncio advocatus discessit, quem paulò post insecutus est *comes Guilelmus*, qui nunc *Luxemburgum* obsident¹⁰. Si non ad ipsos veniat *Cæsar*¹¹, gaudebo et desperare desinam. Quamvis a Domino pendeo, quem scio nunquam ecclesiam suam desertu-

⁸ *Clément Marot* avait quitté la Suisse (Cf. la p. 201, n. 3). Mais *Eustorg de Beaulieu*, poète et musicien, pouvait prétendre à le remplacer pour la poésie religieuse. Il avait fait dire, en 1540, à l'unique imprimeur de Berne, qu'il avait « des *Psalmes* à imprimer, tous corrigés. » Et, le 26 mai 1544, il offrait aux magistrats bernois un recueil de Psaumes. Ils le récompensèrent « *pro dedicatione psalmodum* » en lui donnant quatre écus au soleil et cinq aunes d'étoffe de couleur; mais ils ne prirent aucune décision au sujet du susdit recueil (Cf. ci-dessus la p. 12, n. 11, le Manuel de Berne au 26 mai et notre t. VI, p. 288).

⁹ *David de Busanton* et *Nicolas le Fer*.

¹⁰ Voyez la lettre d'Hilaire de Guiméné du 10 juin, et le N° 1375, n. 4.

¹¹ L'Empereur fit son entrée à *Metz* le 16 juin.

rum. Illam scio tibi esse cordi. Oro ut in omnibus tuis precibus memineris. Id adèò magis faciendum jam intellexi apud D. *Sturmium*, ubi quidam nobilis *illinc* jam veniens narravit, multos ibi esse *Hispanos* atque in dies plures advenire. Nescio quid hic moliat. Sed frustra erunt conatus Sennacherib contra Dominum. Ipse velit ecclesiam suam ab omnibus viciis primùm purgatam, et tandem pacem aliquam fidelibus suis concedat.

D. *Baptista*, qui est apud D. *Sturmium*¹², te salutatur, et *Petrus*¹³, noster concionator, cum universa ecclesiola.

(*Inscriptio* :) Ornatissimo viro Joanni Calvino, Christi vindici, magistro ac patri in Domino colendo. Genevæ.

1544

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Genève.

De Neuchâtel, 27 mai 1544.

Autogr. Biblioth. des pasteurs de Neuchâtel. Cal. Opp. XI, 714.

S. Is ad quem scripsit pius iste *David*¹ totus flagrat, et utinam ita igne cœlesti et se digno ut vereor ne terreno et se indigno. *Ambit*, ut ferunt, non adèò expetendam. Hominem non conveni, et hoc mihi accidit mali quòd in cœtu eram dum tuas cum alteris *frater tuus* attulit, quem non vidi et non sum allocutus. Fortè magis fecissem officium.

*Gaudeo in Marcurtio non tantum fuisse mali quantum plerique omnes judicabant*². Augent eorum opinionem qui mihi in hoc venisse narrabant colloquia tam arcta, quæ ad oscula usque veniunt, quamvis hęc inusitata, cum iis qui me quiescere vellent et omnes merè³ qui non sinunt vivere unumquemque pro nutu.

¹² Le professeur *Jean Sturm*.

¹³ *Pierre Brull*, pasteur de l'église française de Strasbourg.

¹ *David de Busanton*. Son correspondant à Neuchâtel figure déjà dans la lettre de Farel du 31 mars (p. 195, lig. 1-4).

² A comparer avec la p. 203, renvoi de note 4.

³ Ce mot, écrit sur le bord du papier, est indistinct. Nous ne saurions dire si c'est *mecum* ou *mere*. Dans l'édition de Brunswick, on lit *cæteros*.

Et sanè non fiunt illæ visitationes⁴ quin sentiamus aliquid, nimirum majorem contradictionem, et in collega studium majus nocendi. Verùm Dominò quicquid est totum committimus, cujus est pro suo arbitrio malos ferre et tollere. Olfacio nonnihil commotum collegam in te, licet palàm nihil intelligam. Bene agitur cum servis D.[omini] quòd se student approbare ei à quo missi sunt, et bene mereri de malè merentibus, ecclesias et edificationem earum studiosè curando.

*Viretum intelligo exagitari ab improbis*⁵: utinam qui restinguere incendium deberent non addant oleum. Cuperem quieti ipsius consultum citra ecclesiarum jacturam. Sed cum hoc unum curet ut eas ædificet, nihil omittet, neque tu ei deeris consilio et precibus, quæ pluris multò sunt quibuscunque conspirationibus, non sine Bac[e]ho et Venere malignè factis. *Gaudeo te uno opere instituisse rabidas bel[l]uas fugare, ne pergant simplicibus imponere*⁶, sed si quæ inter illas sint sanabiles, redeant ad meliorem mentem. Adsit tibi Dominus, et quantò pestes illæ sunt nocentiores et plures lædunt, tantò tu præsentiora admoveas pharmaca, et prævenias salubribus antidotis: quod speramus Dominum per te facturum. Gratissimum fuit fratribus id intelligere quod proposuisti⁷, et cum te salvum cupiant⁸, successum precantur. Vale bene et tecum *tua uxor*, frater cum sua, socero ac socru⁹. Cupio salvum *Bernardinum, Genistonum, Davidem* et omnes pios. Neocomi 27. Maii 1544.

FARELLUS TUUS.

⁴ *Antoine Marcourt* pouvait se transporter plus facilement de *Versoix* à *Neuchâtel*, depuis que MM. de Berne lui avaient accordé, le 19 avril, un subside de 50 florins, en considération de sa requête au bailli de Gex (Manuel cité).

⁵ Allusion aux insolences des *Enfants de la ville*, à Lausanne (N° 1357, n. 8).

⁶ Selon les *Calvini Opera*, p. 715, note 4, *Farel*, par les mots *uno opere*, entendait que la traduction française de la *Psychopannychia* ne serait pas imprimée à part, mais ajoutée au livre de Calvin contre les Anabaptistes. Il est vrai que *Farel* demandait cela dans sa lettre du 21 avril (p. 203, lig. 1-3). Mais, un mois plus tard, il ne pouvait pas ignorer que son désir ne se réaliserait qu'à moitié (Cf. p. 175, n. 18).

⁷ Il ne s'agit pas ici de la *préface* ou *dédicace* de la *Briève Instruction*. Calvin l'avait envoyée à *Farel* le 25 mars (Cf. le commencement des N°s 1337, 1347, pp. 187, 202).

⁸ Édition de Brunswick: et *contra* te salvum cupiunt.

⁹ Même édition: frater cum sua sorore et socru.

*Claudius Gratianopoli literas obtulit, quæ admissæ fuerunt, et decretum ut quæ Rex obtinebat restituerentur*¹⁰. *Aliis*¹¹ *est dicta dies. Olfucit quæ sint dicturi : Regem*¹² *sua, non aliena, jure iam parta, elargiri posse*¹³. Veretur ne multum negotii supersit. De eo pro quo laboravimus¹⁴, ait nuncium, si petendo perseverasset, facile obtenturum fuisse ut liberaretur : qui gravius apud vicepræfectum premitur¹⁵. Suadet literas vel hujus senatus¹⁶ mitti. Ego aliorum optarem addi : tuum consilium cuperem intelligere.

(*Inscriptio :*) Doctiss. et non minùs pio Jo. Calvino, pastori ecclesiæ Genevensis, fratri et symmystæ quàm chariss. Genevæ.

1360

JEAN CALVIN à la Classe de Neuchâtel.

De Genève, 28 mai (1544).

Minute autogr. orig. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106¹.
Cal. Opp. XI, 716.

Gratia et pax vobis a Deo patre, et Domino Jesu Christo! Jam ante aliquot menses, *rumor hîc vagatus erat*, sed obscurus et

¹⁰ Cette nouvelle vient compléter celle que donnait *Jean Fathon*, le 16 mai (p. 240). Le 21 février, *Claude Farel* avait obtenu des Bernois une lettre de recommandation adressée au parlement de Grenoble.

¹¹ *Aliis* désigne ceux des Dauphinois qui avaient reçu en don, ou acheté, une partie des biens confisqués à la famille *Farel*.

¹² Édition de Brunswick, p. 715, n. 6 : « hic vocabulum dubium omitimus. » Le mot *regem*, fût-il douteux (ce que nous contestons), serait suggéré par ce qui précède.

¹³ Dans la susdite édition, cette phrase est reproduite comme il suit : « Sua, non aliena, iure iam parta, elargiri posse veretur, ne multum negotii supersit. » En liant *posse* à *veretur*, on détruirait le sens logique.

¹⁴ *Pierre du Mas*. Voyez la lettre de Farel du 29 février à J.-J. de Watteville.

¹⁵ Nous ignorons le nom du vice-gouverneur de Grenoble.

¹⁶ Le Conseil de Neuchâtel ou celui de Genève ?

¹ La lettre officielle se trouve dans la bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. On y relève quelques variantes.

dubius, *Cortesium, Capunculi generum, multa illic maledicta sparsisse de Champerello collega nostro*²: *quæ non spectarent tantùm ad unum hominem, sed in commune hujus ecclesiæ dedecus redundarent.* Quia tamen nullo certo authore id ad nos delatum erat, tacendum censuimus, ne ex nihilo, aut levi de causa, videremur turbas movere. Illa quoque ratio nos tenuit, quòd nullius precii hominem³ vix dignum arbitrabamur⁴, de quo refutando essemus solliciti: præsertim apud vos: quibus satis superque notam esse ejus proterviam et impudentiam credibile erat. Nunc verò, quia tota res à fido nuncio nobis fuit ordine exposita: simul quia ipsum in sua rabie pergere audimus: veriti sumus, ne id tandem socordiæ magis quàm patientiæ tribueretur: si pateremur, nulla opposita purgatione, ita nos palàm traduci. Porrò nullo artificio utemur: sed *historiam ipsam*⁵ breviter, ut habet, ac simpliciter narrabimus: ex qua æstimare vobis promptum sit, quàm meritò *ecclesiam nostram* laceret.

Cum à *socero suo* huc missus esset, aliquot dies transegit in urbe, antequam nobis indicaret, sibi quidquam esse cum *Champerello* negotii. Simul atque verbum fecit, tres ex collegio nostro destinavimus qui tentarent eorum controversias componere. *Initium factum est à rationibus Champerelli, quibus perscripserat, quid domi suæ expendisset Agnetus*⁶. *Eos sumptus restitui sibi postulabat*: quòd restaret non recusabat fratrum arbitrio pauperibus distribui: sicuti *Agnetus ipse* mandaverat. *Cortesium* ad singula capita rationum aut movebat caput, aut exclamabat, manifestam esse falsitatem. Cum subinde jurgiis et conviciis contenderent, ita tumultuando dimidiis ferè dies con-

² Sur *Edme* ou *Aymé Champereau, Jean Courtois* et *Jean Chaponneau*, voyez l'Index du t. VIII.

³ *Calvin* avait meilleure opinion de *Cortesium*, en septembre 1543, alors qu'il écrivait, à propos de lui, aux pasteurs de Neuchâtel (p. 46, renvois de note 9, 10, et p. 47, lig. 2-4).

⁴ Dans la lettre officielle, *arbitraremur*.

⁵ *Ibidem*, au lieu d'*ipsam*, on lit *istam*.

⁶ Sur le pasteur *Agnet* ou *Annet Bussier*, cf. les pp. 17, n. 6; 132; le t. VI, pp. 152, 153, 340, 342; VII, 15, 221. On voit que, pendant les derniers temps de sa vie, il avait été logé et nourri chez *Edme Champereau*, à Genève.

sumptus fuit. Jam cum jurejurando assereret *Champerellus*, se bona fide retulisse id solum in rationes quod sibi deberetur, citaret etiam testes, in nonnullis capitibus, *an debuimus eum furti damnare?* Nullum est tam iniquum judicium ubi non soleat haberi fides ejusmodi rationibus. Tandem *Cortesi* ipse quoque litigando fessus, concessit ut valerent. Ita discessum est, ut videretur negocium inter eos bene compositum.

Restabat ut officio suo in pauperes defungerentur. *Champerellus* totam dispensationem relinquere *Capunculo* contentus erat. *Cortesi* autem, quasi hæreditas foret *socero* relicta, non autem distributio commissa, ita rapere ad se volebat. Utcunque admoneremus esse bona pauperum, sic erat in præda occupatus, ut nihil aliud quàm prædam somniaret. Postridie mirati sumus, totam illam transactionem quæ nobis maximo labore molestiaque constiterat, per illum fuisse eversam.

Sic omnino de bonis Agneti res habet. Neque verò consilium nostrum est, aut *collegæ nostro* patrocinari, aut ejus causam suscipere, sed quantum purgationis nostræ ratio postulat, rem in medium proferimus. Denunciamus autem vobis, fratres charissimi, furtum penitens fore, imò sacrilegium, si quis sibi ex *Agneti* bonis quidquam, tanquam proprium, usurpet. Nihil⁷ enim meliori jure quispiam privatus in ea involabit, quàm prædones aliena rapiunt. *Res enim satis testata est, Agnetum ne assem quidem aut Capunculo aut Champerello attribuisse : sed testamenti solùm exequutores nuncupasse, qui pauperibus sua omnia distribuissent.* Nunc ad *Cortesium* revertimur. Cum valediceret *Calvino*, dixit, in edibus *Champerelli* esse continuum lusum aleæ et chartularum. Nos sciscitando, inquirendo, percontando, nihil tale comperimus. Ergo quòd criminatur nos ad tanta flagitia connivere, improba est calumnia: sicut crimen illud confictum ab eo fuit.

Quamobrem vos obsecramus, quod jure nostro videmur facere, ne protervæ linguæ et perditæ impudentiæ hominem patiamini tantæ turpitudinis notam huic ecclesiæ inurere, quin nostro nomine constanter resistatis. Nam nos quod scribimus parati sumus et coram ecclesia et in judicio tueri. Valet, fratres nobis

⁷ Dans la lettre officielle : *Nihil*.

dilectissimi. Dominus vos semper spiritu prudentiæ et sapientiæ dirigat ad opus suum. Genevæ, 5. Calendas Junias (1544⁸).

Ita decretum fuit
in conventu nostro⁹. JOANNES CALVINUS,
fratrum mandato et nomine.

(*Inscriptio* :) Ministris verbi Dei, sub Comitatu Neocomensi, in urbe et in agro, fratribus charissimis¹⁰.

1361

JOSUÉ WITTENBACH¹ à Rodolphe Gualther, à Zurich.

De Lausanne, 29 mai 1544.

Inédite. Autogr. Coll. Hottinger. Bibl. de Zurich.

EXTRAIT.

Gratiam et pacem a Domino. Quòd seriùs aliquanto, ut tibi forsitan videtur, et quàm expectabas, ad te scribo, vir multis nominibus bene de me merite, nolim tui apud me memoriam extinctam credas : quæ hunc in modum glutino meo inhæret animo, ut divelli eam à me posse, nisi morte, non putem. Verùm cum multæ sint rationes et causæ, propter quas id officii genus hætenus intermissum est — ut omittam interim tabellionum

⁸ La détermination du millésime n'offre pas de difficulté. *Annet Bussier* n'existait plus au mois de septembre 1543 (Cf. la p. 17). Si la présente lettre était du 28 mai, même année, on ne s'expliquerait pas comment *Calvin* aurait pu recevoir avec bienveillance et louer en automne (n. 3) le *Cortesius* dont il aurait parlé, au printemps, avec le dernier mépris. Enfin, on est autorisé à croire qu'au mois de mai 1545, Calvin n'aurait pas pris la défense de *Champereau* avec le zèle qu'il déploie ici en sa faveur. (Voyez la lettre qu'il écrivait aux ministres bernois le 25 octobre suivant. *Calvini Epp. et Resp.* 1576, p. 421).

⁹ Ce détail ne se trouve pas dans la minute. La lettre officielle n'est pas de la main de Calvin. Elle porte seulement sa signature autographe.

¹⁰ La minute ne porte aucune adresse.

¹ Originaire de la ville de *Bienne* et fils de ce *Nicolas Wittenbach* qui en était le bourgmestre en 1529. Celui-ci avait plusieurs fils, dont quelques-uns, entre autres l'auteur de la présente lettre, s'établirent à *Berne*. On n'a que peu de renseignements sur la jeunesse de *Josué Wittenbach*. Après

penuriam, quorum mihi unus aut alter ad summum contigit. et inopportunistimè quidem, — unam illam me excusare posse existimo, videlicet quòd scribenda materia mihi exigua et propemodum nulla fuit.... Cum verò in presentiarum fortè fortuna sors mihi quàm certissimum obtulisset nuntium, officio meo deesse diutiùs non potui, ne si hunc nuntium non meis literis oneratum abire permitterem, dubitare de meo animo posses. Imò fore confido, ut si quam suspicionem meæ negligentiae et potiùs ingratitude cœpisti, eam jam per hasce literas amittas. Id si consequutus fuero solum, non est quod plus desiderem.

Primùm itaque et quod ad vitæ meæ statum attinet, scias rectè me valere, et eò rectiùs et meliùs, quòd vos omnes valere bene intelligo. Sit velim isthoc utrisque perpetuum. Cæterùm, quòd studia hïc parùm meo congruunt instituto, satis molestè fero. Et dubio procul, de mutando loco singulis horis cogitarem, nisi tumultuarii isti tumultus bellici invitum manere cogerent, et, ut me nosti, temporis injuria hæc, quæ hodie omnia perturbat, diversum suaderet. *Sed quòd et tu sole clariùs videas meam hanc querelam non usque adeò procul à vero, brevibus studiorum nostrorum statum adscribere licuit. Prælegit Cœlius Secundus, homo Latinarum Literarum maximè eruditissimus, qui tibi facie et nomine notus est², Oratoria Ciceronis, ejusdem orationes*

ses premières études, faites à Zurich et à Lausanne, il disparaît pendant une quinzaine d'années. Mais on le retrouve à Berne, membre du Conseil des bourgeois (1560), bailli d'Yverdon (1562), avoyer de Morat (1580). Son franc-parler le fit exclure du Conseil des Deux-Cents, et il fut plus tard emprisonné, pour avoir jeté à terre un mandat de LL. EE., — acte qui parut d'autant plus coupable, que son mariage avec Madeleine de Luternau l'avait apparenté aux premières familles de l'aristocratie bernoise. Banni de Berne en 1594, il redevint bourgeois de Bienna, et il mourut le 4 janvier 1596. (Communication obligeante de M. Wolfgang-Fréd. de Mulinen. — Leu, o. c.)

Outre ses deux lettres de 1544, il a composé le récit de l'éboulement de la montagne des Diablerets, dans le pays d'Aigle, récit qu'il adressait de Morat, le 1^{er} avril 1584, à Rod. Gualther (Coll. Hottinger, vol. F. 41, n° 80. Bibl. de Zurich).

² C. S. Curione avait passé trois fois par Zurich en 1542 (Cf. l'Index du t. VIII). — Sur sa manière d'interpréter les *Orationes* de Cicéron, on peut consulter ses « *Commentaria in Philippicas Ciceronis orationes excusa in officina Frobenianorum,* » et les *Enarrationes* qu'il publia en 1553

quasdam. In græcis habemus aliud nihil quàm Testamentum Novum : quibus certè literis magnopere incumbere desiderarem³, quòd autem aliud nihil legitur id causæ est : Vivunt monachi apud nos plurimi, qui expulsi Galliis ob Evangelium (ut illi perhibent) et alii quidam, qui græcæ linguæ prorsus ignari, in facilibus ingressum faciunt, et id probo quidem. Verùm quòd horum gratia, alii qui ad altiorem jam profectum venire, perditum eant (verbo absit injuria), id mihi non minùs in illis qui hæc consulunt stultum, quàm nobis incommodum videtur, meo quidem judicio. In hebraicis legitur Psalterium Davidis⁴. Hasce præter Lectiones cum nihil aliud detur, tuo relinquo judicio, an magnopere conducat diutiùs me hîc morari et jacturam studiorum facere. Sed tamen in hac rerum angustia tuum consilium et aliorum qui mihi hac in re consiliis adjuverunt, sequendum præpono ut, cum ulteriùs progredi fortuna prohibeat, præsentis fortuna utar, et quicquid mihi hîc devorandum est tædii, æquo feram animo, donec bellorum tumultus in Germania et in Galliis compositi fuerint. Procul dubio priusquam autumnus appetat, omnia meliùs habitura sunt Domini gratia.

sur onze harangues du même orateur (Epitome Bibliothecæ Gesneri per Josiam Simlerum, 1555, f. 30 a).

Nous devons citer ici le passage d'une lettre de 1543 ou 1544, dans laquelle *Curione* indique le nombre de ses leçons : « Quod ad me scripsisti de *Joanne* quodam Gallo, ut arbitrator, viro : molestissimè tuli, me non potuisse eum re ipsa cognoscere... Venit is quidem *Lausannam*, atque ex diversorio misit ad me et *Petrum*, si vellemus se videre, iremus ad se in diversorium suum. Ego cum hæc renunciarentur, interpretabar pro meo munere autorem discipulis, et ab ea explicatione ad aliam me adgredi oportebat. Ter enim quotidie interpretor, bis domi nostræ : primùm hora sexta, deinde hora duodecima, et semel in publico gymnasio hora secunda post meridiem. Ac tunc hora erat duodecima, cum de adventu *Joannis* istius certior factus fui » (C. S. Curionis selectarum epistolarum Libri duo. Basileæ, per Ioannem Oporinum, M. D. LIII, p. 117).

³ *Wittenbach* désirait continuer l'étude de la langue grecque qu'il avait commencée à Zurich. Conrad Gesner, l'un de ses maîtres, avait pu lui dire que *Jean Ribit*, professeur de grec à Lausanne et traducteur de plusieurs ouvrages de Xénophon, était très capable d'interpréter les classiques. Mais il paraît que, pour l'année académique 1543-1544, *Berne* n'avait rien prescrit, quant à l'enseignement supérieur du grec.

⁴ L'Ancien-Testament était interprété par *Imbert Paccolet*, professeur d'hébreu.

Præterea (ut de rebus nostris omnibus participem faciam) scito *Jacobum Habium*⁵, qui *Neocomi hactenus cum Farello vixit*, 17. Aug.[usti] ejus finiente anno⁶, *ad nos Losannam in ædes nostras profecturum*, eundem eventum rerum quem ego, exspectans. *Instituerat* (ut forsitan accepisti) *D. Viretus Jenepham*⁷ *proficisci cum tota familia. Oraverant enim Jenephenses Bernates ut illis illum per aliquot annos p̄mitterent*⁸, *quod tamen renuerunt, ea tamen conditione, ut uterentur eo ad dimidium annum*⁹. *Et nescio interim quid obstiterit : mutare solum volumus*¹⁰.

Novarum denique rerum alia atque alia est apud nos fama, incerta tamen : quam etiam apud vos esse judico, ob id lubens omitto, famam belli stare, undique omnia armis strepere. Sunt qui dicant *Landgravium Hessorum* in expeditionem profecturum, contra *ducem Saxonix*¹¹ : id verumne sit, necne, vobis certiùs constat nobis. Insuper id pro certo habeas, *tantam inopiam frumenti, vini, prope nos, imò apud nos esse, ut multa pars hominum ex feno panem conficiat*¹² : plurimam, quibus res fa-

⁵ Nous supposons que *Jacob Hab* était le fils du bourgmestre *Johann Haab* de Zurich, élu en 1542, mort en 1561.

⁶ Le jeune *Hab* était arrivé à *Neuchâtel*, en 1543, au moment où *Guillaume Farel* allait repartir de Strasbourg pour rentrer en Suisse.

⁷ *Genff*, nom allemand de *Genève*, se prononçant *Yenff* dans le dialecte de certains cantons, Wittenbach le traduisait en latin par *Jenepha*.

